

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

**461**

**1209/02/01.**

*O crego Pedro Ordóñez vénelle ó mosteiro de Toxos Outos a súa oitava da igrexa de S. Xoán de Buxán por cento corenta soldos. O crego quedará nela durante a súa vida e promete enterrarse no mosteiro\*.*

B.- Tombo, f. 130v.

\* Observacións: Vide doc. n.º 494.

**Carta Petri Ordonii, clerici, de VIIIa ecclesie Sancti Johannis de Bugiam.**

In Dei nomine. Ego Petrus Ordonii, clericus, et omnis uox mea vobis domno Petro, monasterii Sancti Justi de Togis Altis abbatii, et omni eiusdem monasterii uoci in Domino De eterno salutem, amen. Placuit mihi grato animo et spontanea uoluntate ut facerem uobis et monasterio uestro sicut et facio textum scripture et cartam donationis simul et uenditionis imperpetuum ualituram de mea VIIIa integra de ecclesia Sancti Iohannis de Bugian, quam VII<sup>am</sup> integrum habui ego ex parte patris mei Ordonii Didaci qui ad obitum suum mihi IIII<sup>am</sup> integrum de predicta ecclesia mandauit; et habet iacencia ipsa ecclesia in territorio Yrie inter montem Pina Maa et montem Syam discurrente Sara. Quam VIII<sup>am</sup> integrum predicte ecclesie cun quanto ad illam pertinet et pertinere debet et cum omnibus adiunctionibus suis et cum quanto ad prestitum hominis est dono et concedo ego Petrus Ordonii vobis domno Petro abbatii et monasterio uestro pro remedio anime mee et pro anima predicti patris mei qui eam mihi mandauit et dedit, et etiam pro C XL solidos qui mihi ad presens multum necesarii sunt et quia uos conuenitis continere me in predicta ecclesia in tota uita mea, et ad mortem me in uestro monasterio sepellire et pro me orare. Habeatis igitur uos sepedictam VIIIam predicte ecclesie et possideatis iure hereditario uos et omnis posteritas uestra in secula seculorum. Siquis autem ex parte mea uel de extranea contra hoc uoluntarium meum factum ad irrumpendum uenerit sit maledictus usque in VIIam generationem et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et pariat quantum calumpniauerit duplatum uel triplatum et iusum solidos D; carta semper in suo robore permanente.

Facta carta donacionis die kalendas februarii in era Ia CC XL VII.

Q. p. f.: Petrus Petri, ts. Sancius Martini, ts. Petrus Martini, ts. Martinus Muniz de Soniar, ts. Petrus Muniz de Pineiro, ts. Johannes Pelagii, presbiter, conf. Petrus Petri, subdiaconus, conf. Petrus Pelagii de Daeira, conf. Petrus Petri de Pinario, clericus, conf. Petrus Pelagii de Pinario, conf.

Dominicus, presbiter, notuit et conf.